



in tertiu: & diuide per primu exhibit distantia inter te & basim rei. ¶ Exemplu. partes quæ in applicatione inferiori secant sunt. 1000. quæ vero in superiori sunt. 990. horu differentia est. 10. numerus primus. Secundus est. 1200. Tertius vero distantia inter applicationes: quã volo esse trium cubitoru: multiplico secundu in tertium: & diuido per primu: exeunt. 360. cubiti: distantia inter me & basim rei quæ sita: ¶ Demonstratio: quia d d. a a. ad a a p. sicut d d m. ad p g. Item d a. ad a f. sicut d n. ad f g. qre a d m. ad p g. sicut d n. ad f g. igit residu m n. ad f p. residu vero sicut d n. ad f g. sed d n. ad f. g. est sicut d a. ad a f. quare m n. ad f. p. sicut d a. ad a f. qd est intentu. ¶ Si aut in vtraq applicatione secaretur latus b c. rectum: habebis tres vias. Prima: reduces partes rectas ad partes lateris versi: & pcedas vt iam dictu est: & procedet demonstratio sua. ¶ Secunda via: duc numeru partium vnu in numeru partium altere: productu constitue numeru secundu. Item duc differentiam partium in. 1200. & quod exit constitue primu. Tertius sit distantia inter applicationes: multiplica itaq secundu in tertiu: & diuide per primu: exhibit quæ sita. ¶ Exemplum. partes sint. 800. & 900. distantia inter applicationes sit. 6. cubiti: quæ constituat tertiu. Differentia partium est. 100. duc. 100. per. 1200. fiunt. 120000. numerus primus. Item. 800. per. 900. faciunt. 720000. quem constituo numeru secundu: duc secundu per tertiu. diuido p primu: exeunt. 36. cubiti distantia inter me & basim rei quæ sita. ¶ Demonstratio. secant in applicationibus latera b c. in superiori partes resecte sunt b q. maiores: in inferiori sint b r. minores: a r. secet d c. continuata a g. quidẽ in n. a a g. vero in m. Quia ex præcedenti demonstratione. m n. ad d a. proportio est sicut p f. ad f a. propterea ex r q. in a b. pueniat l. numerus primus: ex q b. in r b. proueniat. 290. dico l. ad o. p proportionẽ esse. sicut p f. ad f a. seu sicut m n. ad d a. Quia em n d. ad d a. est sicut a b. ad b r. Item m d. ad d a. sicut a b. ad b q. quare sequit: vt n d. ad d m. sit sicut q b. ad b r. & m n. ad n d. sit sicut r q. ad q b. Et cum pportio m n. ad d a. sit aggregata ex duabus scilicet m n. ad n d. & n d. ad d a. sed m n. ad n d. sit sicut r q. ad q. b. & n d. ad d a. sicut a b. ad b r. & proporcio l. ad o. sit composita ex eisdem duabus: sequitur vt l. ad o. pportio sit sicut m n. ad d a. quare etiam sicut p f. ad f a. qd est ppositu.

¶ Tertia via: diuide. 1200. per ambos numeros partiu diuisim: & minorẽ quotientẽ aufer a maiore: & residu ita se habebit ad vnu: sicut spacium inter ambas applicationes se habet ad distantia a f. Exemplu in priori casu diuido. 1200. p. 800. exeunt vna duodecima: diuido etiã p. 900. veniunt vna tredecima: minorẽ a maiore demo: manebit vna sexta: dico igit. 6. cubitos scilicet distantia applicationu esse sextam partẽ a f. est igit. 36 qd querebatur. Nam quotiens q b. in b a a. totius a a p. siue a f. est in p g. & illud cognitũ fiet diuidendo a a b. per q b. Item quotiens r b. in b a. totius a f. in f g. qd quoq cognitũ fiet diuidẽdo a b. p r b. dum itaq scio quotiens a f. sit in p g. Item quotiens ipsum sit f g. manifesta erit pporcio p f. ad f a. quæ querebat. ¶ Sed si in vna applicationu secaret latus rectu in altera versum reduces si voles latus rectum ad genus alterius lateris & agas scdm doctrinam primã huius. Sed sine reductione sic partes lateris recti multiplicata p. 1200. & pueniens tene p numero secũdo. Itẽ partes versi in partes recti multiplicata aufe



B ii